

Publication/Creation

June 1949

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/qqgwgwax>

License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

tum:aceti acerri. s. i. cedriæ s. i. aluminis fissi p. i i. teritur alumen cum acetato,miscetur deinde cedria, & unà omnia uaso æneo coquuntur,tæda pingui mota, donec in mellis spissitudinem temperatam redigantur . hoc medicamento si quis ter in mense dentes perfricuerit,dolorem eorum non experietur.

Muria lacer/ Ad dentium dolorem bene facit muria ex piscibus lacertis ueteris

glaves acre torum bus, si quis ea subinde os colluat:uel herbam pedunculariam si quis coman

red rattle ducet,& subinde pituitam, id est humorem noxiū expuat: uel marrubio siccō contuso & cibrato, si quis dentem cum gingiuis tegat. Facit bene

& aqua in qua marrubium coctum est, cum os aliquis inde colluerit . Item millefolium commanducatum , uel anemones herbæ radix cum pari pondere fici commanducata, pituitam dentium detrahit. Cornum ceruinū

combustum tritum cum aceto,dentibus adpositum prodest. Radix la-

pathi cum uino cocta , uel tæda pinguis incocta aceto, uel papaueris capi-

ta,& cortex malipunici pari pondere uino incocta, uel tithymali radix simi-

liter cum uino cocta, uel colocynthidos interiora cū lacte & aceto pari metu-

sura trita atq; permixta , uel alterci radix cū aceto cocta, uel capparis radix

Cyperus iun. cocta cum aceto uetere, uel iunci radix quam græci cyperum appellant, uel

cucurbitæ radix qua: in idem sonchon appellant, uel pyretrum commandu-

Cucurbita Sonchos catum,aduersum dolorem dentium plurimum prosunt, si & aqua ipsa qua-

incoquuntur ore teneatur. Rosæ floris quod est luteum × vii . croco-

magnatis × octo,myrræ × octo,gallæ syriacæ × iii . his in unum mixtis

& tritis uti oportet siccis,ut hoc ex puluere gingiuæ assidue dentes cibis tāgan-

tur. Rosæ lapillos uel grana quæ in folliculis eius postea quam esse de-

sierit inueniuntur,assabis & in pulucrem rediges ad × iii . floris quoque ei-

us siccii × ii . myrræ × i . teri facies & siccō puluere aduersum dolorem den-

tis uteris:ita ut prius os colluas aceto falso tepido. Rosæ caninæ succi

quam Græci cynocytidam uocant , uel ipsius herbæ radicis × ii . lycij × i .

cum uino austero coqui facies,& adiicies aluminis × iii . myrræ × i . & de-

sepiarum testis quæ sunt interiora × ii . his tritis & in unum concorporatis,

dentes & gingiuas continges,post hoc uino austero os collues. Cyperi

× viii . sandarachæ × vii . gallæ duas partes,piperis albi × i . aluminis fis-

si × ii . myrræ × ii . & huius medicamenti similis est usus sicut superio-

ris,ut siccō puluere gingiuæ & dentes tangantur adsidue,& post uino uete-

re os eluatur. Sinapis grani × iii . piperis × i . herbæ pedunculariæ sic-

cæ × vi . cyperi idem, nitri × ii . pyretri × iii . origani × iii . lauri folio-

rum tenerorum × i . bituminis aridi × vi . in sole hæc omnia teruntur , &

ex aqua deinde pastilli fiunt, quorum unus ad diem datur commanducan-

dus dentiū causa. Piperis × ii . sinapis in grano × xii . anesi × vi . uuæ

passæ pinguis exgranatae × xxiii . pyretri × iii . herbæ pedunculariæ

× iii . hyssopi de denario duas partes,lauri folia numero x . eris floris × ii .

hæc cum melle decoquuntur,atq; inde pastilli facti ob salubritatē dentium

communi-